Benedictus P.P. XIII.

Carissime in Christo fili noster salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum inter Laudatissimos sacri ministerij Labores acerbo sane interitu supremam diem obierit Dominus Vincentius Archiepiscopus Craperuntinus noster atque hujus sanctæ Sedis apud Te Nuntius Ordinarius, sapientissimo Antistite, fidelique ejusdem sanctæ Sedis Ministro Successorem meritissimum declaravimus Venerabilem Fratrem Camillum Archiepiscopum Iconiensem, quem ad Majestatem Tuam Nuntium jam extra Ordinem allegavimus. Cujus nimirum præclaras dotes et virtutes generi et ordini suo pares satis hactenus perspectas habes, et luculentis passim argumentis probasti, quam sit tibi acceptus quantoque illum honore digneris. Te igitur, Carissime in Christo fili noster, poscimus et rogamus, ut eidem pro imposito Apostolicæ Sedis Ministerio Majestatem Tuam allequenti plenam fidem adhibeas, quam Nobis ipsis allequentibus præstares. Eterum opem tuam præsidiumque Legis pietatis ac potestatis tuæque eximiæ Religionis et Zeli officia ad Dei cultum amplificandum, ad res Ecclesiasticas, atque ad hujus Apostolicæ Sedis rationes tuendas, semper illi præsto futura non dubitamus. Te Majestati Tuæ perennis incolumitatis voto conjunctam Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXXI. Julij MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Carolus Archiepiscopus Emisenus

Carissimo in Christo filio nostro Augusto
Coloniæ Regi Illustri.

31. Julii 1790

Capuci.